Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fundamentum pellat. simplicitas pura uecordiam impe
diat. uanitas fucata estimam commendet. tumores auge
ant disciplinam. frangat clementia religiosa seuiciam. et fun
dit eradicet bonitas acquisita malicia. ut expulsione uitiorum celebretur inductio glosa uirtutum. per eum qui. v. et. r. i. s. s. a.

ADOM. XX. SCDM MTTH. MATTHEV. IHT.

Ascendens ibe in nauicula transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in

Omelia.

Lecto. Et RET. LO HIS EPI.

Qui in humanis actibus diuina gessisse mysteria et in rebus uisibilibus inuisibilia exercuisse negotia. lectio hodierna monstrauit. Ascendens inquit in nauicula transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Nonne ipse est qui fugatis fluctibus maris profunda nudauit. ut israelitici populi in stupentes undas sicco uestigio uelut montium cauea transirent. Nonne hic est qui petri pedibus marinos uertices inclinauit. ut in liquidum humani gressibus solidum praberet obsequium. Et quod est quod ipse sese mari sic denegat seruitutem. ut breuissimi laci transitum sub mercede nauticae transfretaret. Ascendit ibe in nauicula et transfretauit. Et quod mirum fratres. Xpc uenit susceptae infirmitates nras. et suo nobis ferre remedio sanitatem. qa medicus qui non fert infirmitates curare nescit. et qui non fuerit cum infirmo infirmatus. infirmo non potest ferre sanitatem. Xpc quoque si in suis manisisset uirtutibus. comune cum hominibus nil haberet. et

Decade lectione